

UN4-19-01164

ELEGIA

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINO DOMINO

G E R A S I M O R A C Z.

MISERATIONE DIVINA

ORTHODOXAE ECCLESIAE ORIENTALIS

EPISCOPO ARADIENSI, ET M. WARADIENSI,

DIE NOMINIS SUI

DECIMA SECUNDA CALEND. NOVEMBRIS

ANNI MDCCCXL.

IN TESSERAM FILIALIS VENERATIONIS

A

JOANNE ROSSU

THEOLOGIAE AUDITORE ANNO II.

OBLATA.



ARADINI,

TYPIS JOSEPHI SCHMIDT, CAES. REG. PRIVIL. TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE.

ARADEI

Di tibi dent annos! a te nam cetera sumes;
Sint modo virtuti tempora longa tuae.

OVID.

Imprimatur: Aradini die 14-ta Novembris 1840.

Isidorus Zsalud m. p.
R. L. L. Revisor.

KNY-19-01164



Pierides! teneris colui quas promptus ab annis
Nunc! nunc o! votis, quaeso favete meis.

Praesulis ut Magni Sanctum mea carmina Festum,
Possint festivis exhilarare sonis.

Magne Vir Antistes, Rerum studiose Sacrarum!
Pierides cebrant ex Helicone Deae.

Excipe consveto Cultum perhibentia vultu
Carmina, Pieriae Gloria, Praesul aquae!

Scimus enim hac cuncti quam! gaudent Luce Clientes
Quos Tua Praesidio Gratia larga fovet.

**Scilicet aestivo laetantur ut imbre novales,
Et pluvium sentit quaelibet herba diem;**

**Sic ego vile tuos mirabor Gramen honores
Publica, qua possum, gaudia mente feram.**

**Non aliena Tibi mutuataque Gloria splendet,
Quam saepe immeritis sors dat amica nimis:**

**Non aliena; — tuum decus est Virtute quod alma
Creverit eximium Nomen ubique Tibi!**

**Quanta acies mentis, quis fervor in ardua quaevis,
Quantus amor recti, quod Moderamen habes,**

**Quanta per eloquium doctae facundia linguae,
Quis nescit? nisi quem publica quaeque latent.**

**Omnia si referam laudum monimenta tuarum
GERASIME, animi donaque magna Tui;**

**Aequoreos supra fluctus ad sidera coeli
Tollar, et Icarias iure timebo vices.**

**Tu facies ut fida gregi custodia nunquam
Desit, et innocuum carpat ubiq̄ cibum;**

**Tu facies, vigilem pastorem ut gloria lapsum;
Blanda quies, meritum praemia iusta beent;**

**Tu facies (quoniam maculis nec Sol vacat ipse)
Vindice Te ut sibimet conscientia culpa tremat.**

**Tu facies aequa pensari jura bilance,
Queis sacrata Deo vixit adusque cohors;**

**Tu facies tandem, foveat modo Parca diebus,
Ut tua Gens tangat culmina magna Jovis.**

**Exoriare! precor, primis quae Patribus olim
Principio Rerum luxerat alma Dies.**

**Nulla tuum tardet Boreae vis frigida cursum,
Nec sparsum nivibus Bruma moretur iter.**

**Indue festivum specioso lumine currum,
Sparge rotam nitidis, pulcher Apollo! rosis.**

**Solstitiique simul multum de noctibus aufer ,
Quo possit praesens longior esse Dies.**

**Dum velut in Syriis Vir quondam dicitur oris ,
Hostibus in mediis Marte fuisse opus ,**

**Nec Solem passus , nec Lunam currere coelo ,
Donec ab adversis palma relata suis :**

**Sic mihi , dum Versu solennem duco Triumphum ,
Ne labet , haec inter gaudia tanta Dies .**

**Ergo micet multo Lux haec exorta petito ,
Laetitiae radiet non habitura modum .**

**Nestoreos cumulet solidis aetatibus annos ,
Ut vireant artus tempus in omne sui !**

**Nec premat illorum , quos praestat cura laborum ,
Ut capiat vitae toedia nulla suae .**

**Progeniemque suam patriis laetetur in oris ,
Obtinuisse suos per Patris acta , gradus !**

**Ut sua Sors pelagus Fortunae naviget altum,
Et ferat antennas Fama secunda suas.**

**Utque coronatos tangant Sua Carbasa portus,
Unde queat meritum tardus adire polum.**

**Sic me devotum tandem commendo clientem
GERASIME Tibi, quem Tua Dextra fovet.**

**Propitiosque meis precibus noctuque dieque
(Nil dubites) Superos, reddere curo Tibi.**

mentis etiam certatio iuris loquuntur
eiusmodi quodammodo ut possit ad

partem causam iuris loquitur quodammodo
eiusmodi quodammodo ut possit ad

partem causam iuris loquitur quodammodo
eiusmodi quodammodo ut possit ad

partem causam iuris loquitur quodammodo
eiusmodi quodammodo ut possit ad